



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDCXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

mo parum volente: & pro templi foribus excelsa
 subleuia video, & vestra Societatis Patres confi-
 dentes, Christumque in eorum medio. Erat autem
 Dei Mater, quam mihi Patronam semper habui,
 Filio proxima. Infra stabant mali daemones in ac-
 culationem intenti, & cum sua ciuibus obijcerent
 male facta, exaggerabant quantum Societatis Pa-
 tres eorum causam frustra laborassent: mea mihi
 grauissimè expungebant, & exponebant iudici.
 Hinc ille me severo vultu, & oculis ignem spi-
 rantibus intueri; ego sententiam fulmen expectando
 pallere, & horrore concuti; magis autem aspectu
 teterrimorum satellitum accedentium ad me, vi-
 cisque ferreis nitentium me ad ianum inferorum
 barathrum abripere. Sed blande inuenientem mihi
 veteri clienti suo Virginem Matrem conspicatus, ad
 illius me pedes abieci, obtestatus, vt mihi apud
 Filium deprecatrix adesset. Adfuturam illa dixit,
 si modò spondeam, Sacerdotio, quem designabat
 (tu autem is eras, mi Mater) omnia quæ per vitam
 peccassem, confiteri. Spondeo, tanti discriminis
 metu: & eam gratiam liber dimissus sum.

ob. Lugd.
1619.

1114 P. *Benedictus Martellangus* Angeli Cu-
 stodis, vt aiunt, conspectu, & Deiparæ cultu fuit
 insignis. Olim puer lapsus fuerat in puteum, &
 repente, ope Dei Matris, in putei crepidine in alto
 à suis repertus est.

ob. 1620.
8 Marij.
Illam ora
re cum
Sanctis.

ANNO MDCXX.
1115 P. *Octanius Caietanus* videre sibi visus est
 preces Societatis Patrum & Fratrum à supplice
 coram Beatissima Virgine S.P. Ignatio, eidem Vir-
 gini Matri offerri.

1116 Idem cum decimo ferè ante mortem
 anno 31. Octobris in cruento sacrificio operaretur,

visus est circumdatus effusâ è cælo multitudine Angelorum. Sub consecratione conspectam ei dicunt in sinu præsentis Deiparæ quandam velut idæam templi, seu tabernaculi; è quo prodibat elegantissimus paruulus. quod spectaculum duravit vsque ad communionem. quo tempore visus est amabilis ille puer IESVS cum nobili & accensa face in manu. Ecce MARIA, tabernaculum DEI cum hominibus. *O Domina*, inquit ad eam S. Io. Damasc. *qua panem celestem peperisti, qui nutrit omnium fidelium corda; satia infelicem animam meam esurie laborantem.*

1117 *Thomas Athinas* Coad. die quodam Sanctissimæ Virgini Matri sacro, cum ante noctis medium fundendis ad DEVM precibus vigil incumberet, visam ab eo aient admirabilem Christi Matrem cum paruulo suo in sinu, & S. P. Ignatio in illustri quadam & plenâ maiestatis aulâ præsentem. Et quidem Virgo reidentibus oculis benignè illum compellans bono animo esse iussit, vtpote cuius curam ipsa susceperit. Tum sermone ad S. P. Ignatium conuerso, Thomam istuc præsentem illius fidei commisit, ac mirè commendauit. Accepit eum Ignatius, & dixit sibi Thomam hoc maximè nomine inter nominatim commendatos cordi futurum.

1118 *P. Iulio Vrsino* Beatissima Virgo loqui visa pollicita est; sibi eius castimoniam curæ fore; se illius custodem & præsidem esse velle.

ANNO MDCXXI.

1119 Cum Laureti tenerrimas inter amoris erga Deiparam significationes moreretur *P. Odoardus Bernauellus*, qui amore Virginis *Iosephus Mariannus* voluit appellari, eodem tempore Asculi in Pi-

In sacro.

m. f. adez. Sabb.

ob. Flexia 1620. 29. Aug. Noctis orare.

Vocatio.

ob. 1620. Intentione.

ob. 1621.